

quarto ex latere strate publice, via de agrestas nuncupate, per quam ascenditur ad dictum nemus spoezsas¹⁰, contiguum et confinans / suis cum pertinencijs, et juribus vniuersis, ac per ipsam Maenigam² hactenus pacifice possessis, Nec non vniuersas res et bona mobiles et mobilia, dicta Maeniga² predefuncta / post eam superstes et superstita, repertas et reperta, Monasterio fabariensi ordinis sancti benedicti dyocesis Curienensis, spontanee, et libere tytulo simpliciter et¹² perpetue donacionis, dacionis / oblacionis, et translacionis, jure pleno, jn eadem instancia iudicij, jn remissionem peccatorum suorum, et ad pias causas¹³, pure propter deum, obtulit, et jrreuocabiliter tradidit, / dedit, donauit, atque illico omnes et omnia supradictas suas res et bona, suis cum iuribus pertinencijs et consuetudinibus vniuersis sibi in ipsis bonis competentibus, et per ipsam / possessis, predicta Maeniga² per manus nostras auctorisabiliter in supradictum monasterium fabariense, mediante persona honorabilis domini Gunthelmi schorrandi¹⁴ canonici dicte ecclesie / Curienensis, ibidem judicialiter astantis, ac supradictam translacionem dacionem donacionem, tradicionem dictarum rerum et bonorum, cum sufficienti mandato, nomine dicti monasterii fabariensis / manualiter debita et solita cum juris solemnitate, a nobis recipientis, et assumptis, transtulit, tradidit, dedit et donauit; donacione perpetua inter viuos, et in jus / proprietatis, perpetuo possidendas, et possidenda, Misitque dicta Maeniga² suo cum curatore, nobisque mediantibus, dictum monasterium fabariense, pro tunc in quantum potuit / de facto et de jure jn possessionem naturalem et ciuilem, omnium dictarum rerum et bonorum immobilium dumtaxat, Cessitque dicta Maeniga² pro se suisque heredibus possessioni, et / dominio vtili et directo, predictarum rerum et bonorum immobilium, easdem et eadem abdicans, penitus a se ipsa, ac ipsisdem rebus et bonis immobilibus pro se suisque / heredibus renuncians atque redens, Ita quod deinceps, nunc et in antea dictum monasterium fabariense, de prenarratis bonis immobilibus immediate, et eciam de¹⁵ mobilibus / superstitibus post mortem ipsius Maenige² repertis vt prefertur, dicta Maeniga² primitus predefuncta, tamquam de alijs rebus et bonis, ad dictum monasterium fabariense / pertinentibus; facere, ordinare, agere defendere, et disponere valeat atque possit, prout sibi visum fuerit expedire, promisit quoque dona-